



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXX. An Conciliis legitimis, & adprobatis, sit infallibilis Autoritas, vt errare  
non poßint?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

sententias: se tamen purgandi, suaque probandi facultas eis ter est facta à Concil. Sess. 13. 15 & 18.

VIII. Detur saluus conductus ab Imperatore Personis, ne puniantur; & Causa, ne damnerit, eis defendi nequeat.

AT, Conductus saluus ter oblatus est: cetera sunt ridicula & absurdā postulata.

AUTOR. **CONDITIONES** Conciliorum legitimae sunt. 1. Ut quatuor, Euocatio sit generalis ad omnes prouincias. 2. Nullus Episcop' verus excludatur, nisi excommunicatus. 3. Adsint per se, vel alios Patriarchæ quatuor. 4. Saltem ex maiore parte prouinciarum Christianarum adsint Episcopi.

### Q V A E S T I O    XXX.

*An Concilii legitimus, & adprobatis sit infallibilis Autoritas, ut errare non possum?*

**L**VTHERANI & CALVINIANI perniciant.

SVADERE nituntur. I. CALVINVS Institut. l. 4. c. 9. § 3. &c. Scripturas crepat, quibus omnes Pastores, Sacerdotes & Prophetæ arguantur improbitatis, ignorantiae, & erroris.

AT, ait August. de Unit. Eccl. propter quosdam malos reprehenduntur sapientia & boni. Ut Phil. 2. Omnes, qui sua sunt, querunt. Dein: Ecclesiæ & Synagogæ diversa est ratio.

II. Errata sunt Conciliorum plura: ut 3. Reg. 22. Concilium 400. Prophetatum Et, Ioann. 9. Indicem Concilium praeside Caipha: Hec Calvinus. Iustherus affert Concilium Apostolorum Act. 15.

AT, iij Prophetæ erant falsi: & Iudei-

subordinarant falsos testes Concilio facto tumultuario, non iusto. Plura Bellarminus l. 2. c. 8. historica, sycophanticè allata refutat.

AUTOR. I. Conciliorum permanentia est diuersitas. Generalia adprobata sunt duodecim: Reprobata octo: Adprobata partim, partim reprobata sex: Nec adprobatum, nec reprobatum unum Pisanum.

II. De fide est, Concil gen. confirmata per Papam, errare non posse in fide seu moribus. I. Quia Christus interest iis. Matth. 18. Vbi sunt duo, &c. Vide Antichristum part. 2. quest.

III. Quia Ecclesia nequit errare: Matth. 16. Portæ inferi non praual. &c. At tota formalitas Ecclesiæ est in Prælatis: Quare neque hi ritè congregati errare queunt. Accedit, quod representant vniuersam Ecclesiam, proindeque habent consensum eiusdem. Vnde, 3. Reg. 8. coetus Procerum cum Salomonne congregatus dicitur tota Ecclesia Israël. Ita S. Patres.

IV. Quia, Papa non potest errare in fide. Luc. 22. Rogauis prote. &c. de hoc dubi. Ergo nec errare potest Concilium à Pontif. confirmatum.

V. Quia, Episcopi sunt habendi ut Pastores, audiendi ut Magistri, sequendi ut Duces. Luc. 10. Qui vos audit. &c. Heb. 13. Obedite Prepositis: Act. 20, Eph. 4. dicuntur Pastores, idèò, ut non circumferatur omni vento. Item Doctores, Matth. vlt. Docete omnes gentes &c. Item speculatores: Ezech 33. Speculator in domini fr. el didi te. S. Patres vocant Episcopos Speculatoris & oculos, & Patres. Holce cum sequi iubeamur à Deo, si felice-



fellerint certe in Deum culpa referenda  
toret. Vtque singuli errare possint, non  
tamen collecti in nomine Christi.

VI. Quia, sic & Patres. Hi affirmant  
1. Concil. generalis sententiam esse vi-  
tium Ecclesiæ iudicium in causa fidei,  
à quo non datur appellatio; quodque  
retractari nequit. 2. Esse hæreticos,  
qui Concilio generali non acquiescunt:  
eò, quod ista errare non possint. 3. Esse  
diuina decreta ab Conciliis generalibus  
profecta. 4. Essemoriendum potius,  
quam ab iis abcundum. Docet ista testi-  
moniis Bell. l. 2. c. 3.

VII. Quia nō foret infallibilis Con-  
ciliis veritas, 1. Nullum foret in Eccle-  
sia firmum iudicium, quo finiretur con-  
trouersiæ, vnitatiq; seruaretur. 2. Po-  
sent reuocari in dubium damnatæ hæ-  
refes. 3. Nulla esset certitudo de libris  
S Scripturæ. 4. Nullo digna forent  
honore, & intolerabilem continerent  
errorē; quia proponere quid credēdum  
possent, quod nunquam in Symbolo  
fuerat. Quæ omnia de Confirmatis  
capienda sunt Conciliis. Nam genera-  
lia non confirmata errarunt plura: Eto-  
mnia ante confirmationem Papæ erra-  
re queunt, nisi Papæ sequantur infallibi-  
litatem.

## Q VÆ S T I O XXXI.

*Maiorne sit autoritas Concilij, quam  
Scriptura?*

VTHERANI: quam infanda in nos confingant,  
in Antipapista Mendacem partem, retulimus Lutheri  
vox est libri de Ecclesia. Papa S. Scripturam in eōno &  
pūnere sepius, & doctrinā Christianam pene inte-  
gram deleuit. Vide etiam in Antipapista part. 2. q. 3.  
Vociferantur omnes, Scripturam à nobis habui. ci. Con-  
ciliis.

CALVINVS Institut. l. 4. c. 9. §. 14. in  
Subiungere eum in modum 'Dei Oracula homi-  
num censura, vt ideo rata sint, quia placuerat  
hominibus; blasphemia est, indigna qua com-  
memoretur.

A V T O R. Magnum & multplex di-  
scrimen est Scriptoræ ab Conciliis.

I. Scriptura est immediate à Deo re-  
uelata sic, vt, 2. Pet. 1. *Spiritu S. inspirata  
et locuti sunt Sancti Dii:* Etsi quidam scri-  
pserunt, quæ viderunt, vt Matthæus &  
Ioannes: alii quæ audierunt, vt Marcus &  
Lucas; *Sicut, ait, tradiderunt nobis  
ab initio ipsi vidrunt.* Concilia autem  
non scribunt reuelationes, sed 2. Tim.  
*Omnia scriptura divinitas inspirata solum  
declaratur ab eis vel quoad tensum, vel  
quoad ipsam Scripturam, quæ sit can-  
onica, quæ non.*

II. Scriptores sine labore scripserunt  
aut prophetae: at Concilia dilige-  
tiunt summa cum diligentia: patet  
etorum is.

III. In S. Scriptura nullus inesse po-  
test error: At Concilia possunt in iude-  
ciis morum, & particularibus errare.

IV. In S. Scriptura tam Verba, quæ  
sententiae pertinent ad fidem: at in  
Conciliis solum decreta deside; non di-  
spirationes, & rationes.

V. Scriptura non eget approbatio  
Papæ, vt sit autentica; sed tantum te-  
ius innotescat Autoritas: at Concilia  
confirmari oportet, vt rata sint.

## Q VÆ S T I O XXXII.

*Pape, an Concilij sit potior Autoritas?*

VTHERANI & CALVINISTÆ Con-  
ciliis Papam subiungunt: voluntque ratu-  
tem suæ esse Ecclesiæ Præiulem; aut, ad sum-  
mu

